Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31313
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



dixerint uobis homi
nes et persecuti uos
fuerint. et dixerint om
ne malum aduersum uos
mentientes. propter me.
Gaudete et exultate. quoniam merces uestra
copiosa est in celis.
Sillo t. Sc̃ lucam
Dixit ihs dis. s. Attendite a fermento phi
seorum. quod est hypocrisis.
Nichil autem opertum quod
non reuelabitur. nec abscondi
tum quod non sciatur. Quam ob rem quecumque
in tenebris dixistis in
lumine dicetur. et quod
in aure locuti estis
in cubiculis predicabitur
in tectis. Dico autem
uobis amicis meis.
ne timeatis ab hiis
qui occidunt corpus. et
post hoc non habent am
plius quid faciant.
Ostendam autem uobis.
quem timeatis. Ti
mete eum. qui postquam
occiderit habet potestatem
mittere in gehennam.
Ita dico uobis. hunc
timete. Nonne quinque
passeres uenundantur di
pondio et unus ex
illis non est in obliuio
ne coram deo. Sed et ca
pilli capitis uestri.